

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0001-2

Uq. 19, 2

*DISPVTATIO*

# DE IVRE SEQVESTRATIONIS

TERTIA

*Adquam*

*DIVINA FAVENTE GRATIA.*

*IMPETRATO PRIVS CONSENSV*
*Ampliſsimi Iureconſultorum collegij in illuſtri Academia IVLIA quæ eſt Helmſtadij,*

PRAESIDE VERO ANDREA CLVDIO I. V. DOCTORE ET EIVSDEM Academiæ Codicis publico profeſſore ac pro tempore iuridicæ facultatis Decano.

*PRO*
*GRADV DOCTORIS IN VTROQVE iure conſequendo*

RESPONDEBIT
HECTOR MITHOBIVS IVNIor Hannoueranus.

*Ad diem 18 Septembris mane hora ſexta in auditorio magno.*

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1591.

7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0003-3

# DISPVTATIO DE IVRE SEQVESTRATIONIS

*Tertia*

## Propoſitio I.

DIſpiciamus nunc in caſibus permiſſis, quomodo ſequeſtratio euitari vel rurſus tolli poſſit. Et dicimus hoc fieri poſſe, idonea ſatisdatione â reo præſtita de conſeruandis rebus litigioſis.

*L. ſi fideiuſſor 7. §. fin. Qui ſatisd. cog. l. SCto. 16. de offic. præſid. l. fin. C. de ordin. cognit. Corraſ. lib. 3. miſcell. cap. 2. in fin. Mynſ. cent. 5. obſer. 35 nu. 7. And. Gail. lib. 1. pract. obſer. obſ. 148. nu. 5. Sebaſt. Med. de conſer. poß. gl. 2. part 1. nu. 298.*

II.

Idonea autem ſatisdatio eſt quæ per fideiuſſores vel pignora præſtatur: ideoq; fideiuſſoribus idoneis aut pignoribus ſufficientibus datis, ſequeſtatio euitatur ac tollitur.

*L. ſi mandato 59. §. fin. ff. Mand. l. ergò quamdiu 4. §. Addici de fideicom. libert. l. ſi debitori 21. & ibi gl. verb. competenti de iudic. Guido Papa deciſ. 249. nu. 1.*

III.

Sed tunc demum ſatisdationem admittimus quādo cauſa ſequeſtrationis per ſatis-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0005-4

dationem adimitur, quia forte propter timorem dilapidationis ſequeſtratio eſt decreta.

*Corraſ. lib. 3. Miſcell. cap. 2. nu. 19. cum ſeq.*

IV.

Cæterum ſi cauſa ſequeſtrationis per ſatisdationem non aufertur, quia ad euitandum ſcandalum puta propter metum armorum ſequeſtratio eſt facta, verius eſt ſatisdationem non eſſe recipiendam.

*c. ex tranſmiſſa, & c. literas, §. fin. de reſtitut. Spoliat. Corraſ. d. cap. 2. nu. 20.*

V.

Sed quid ſi reus ob paupertatem vel aliam difficultatem fideiuſſores inuenire vel pignora dare non poſſit, an hoc caſu ad iuratoriam cautionem admittendus ſit, quæſtionis haud leuis eſt?

VI.

Et relicta Franciſci Curtij *a* & aliorum ſententia, ad iuratoriam cautionem eum admittendum eſſe dicimus *b*.

*a* *in tracta. de ſequeſt. num. 56. Alex. & Iaſ. in l. 1. & d. l. ſi fideiuſſor. §. fin. Qui ſatisd. cog.*

*b* *Tex. in l. 1. §. ſuper & ibi gl. ſingularis, in verb. iuratoriè C. de aſſert. tollen. c. pen. vbi gloſ. in verb. quam poteſt, de donat.*

*donat. int. vir. & vxor. gl. in d. l. 1. Qui ſatiſd. cog. Auth. Generaliter. C. de SS. Eccleſ. l. cum non facilè, 6. ſi cui plus quam per l. Fal. Mynſ. cent. 3. obſ. 11. Gail. lib. 1. pract. obſ. obſer. 148. num. 6.*

## VII.

Sed hoc tunc demum concedimus, quando perſona quæ ad iuratoriam cautionem ſe admitti deſiderat, vitæ integritate eſt conſpicua ac probatæ exiſtimationis: *a.* Secus enim ſtatuimus quando eſt ſuſpecta & leuitatis opinionem apud bonos habet: In quam ſententiam etiam Cameram Imperialem deſcendiſſe legimus *b.*

*a* *Per doctrinam Bart. in l. vſufructu, 4. C. de vſufr. faciunt quæ notat And. Gail. lib. 2. pract. obſ. obſer. 47. nu. 9. cum ſeqq. Mynſ. Cent. 2. obſ. 11. in pr.*

*b* *Gail. d. lib. 1. pract. obſ. obſer. 148. nu. 6. cum ſeq. Matth. Coler. de proceßib. execut. part. 3. cap. 11. nu. 95.*

## VIII.

Vnde ſi propter dilapidationem vel fugam aut alios rei conuenti mores corruptos ſequeſtatio decreta eſt, iuratoriæ cautioni locum non eſſe defendimus.

*Coler. d. part. 3. cap. 11. nu. 95. & 97.*

## IX.

Porrò ſequeſtratio ſemel decreta & per-

miſſa etiam per implorationem officij iudicis, quæ iudici eſt exhibenda, tolli & reſcindi poteſt.

*Ferrar. pract. in forma ſequeſtr. ſeu ſaxim. in verb. audeat vel præſumat, num. 4. & 6. Salic. in l. vn. num. 3. C. de prohib. ſequeſt. pec.*

X.

Hæc verò imploratio non aduerſus ſequeſtrem, ſed aduerſus eum qui ſequeſtrationem petijt & impetrauit inſtituenda & proponenda eſt.

*Ferrar. pract. d. loc. verb. audeat vel præſumat, num. 5. allegans l. ſi duo, 3. §. vlt. vbi gloß. vti poßidet.*

XI.

Finitur ſequeſtratio finita per ſententiam lite.

*L. ei apud quem 5. §. ſi velit ff. Depoſ. l. ſi quis adfirmauit 9. §. Labeo & ibi Bart. de dol. mal. l. fin. C. de ordin. cog. Curt. de ſequeſtr. nu. 65. cum ſeq.*

XII.

Quandoq; tamen etiam per renunciationem ſequeſtris.

*d. l. ei apud quem, 5. §. ſi velit. Depoſ. Sebaſt. Medic. in tract. de conſer. poſſ. num. 294.*

XIII.

Sed hoc poſteriori caſu iudicis decretum deſideratur.

*d. l. ei apud quem §. ſi velit. Depoſ.*

## XIV.

Nam vt ICtus Vlpianus ait: Sequeſtro plerunq; non eſt permittendum officium quod ſemel ſuſcepit contra legem depoſitionis deponere: Niſi iuſtiſſima cauſa interueniente.

*d. l. ei apud quem 5. §. ſi velit, Depoſ.*

## XV.

Verùm hæc in neceſſaria ſequeſtratione locum ſibi vindicant. Voluntaria enim ſequeſtratio etiam mutuo conſenſu, item conditionis exiſtentia & diei aduentu extinguitur.

*§. Hoc amplius Inſt. Quib. mod. tollit. oblig. l. Nihil. 36. de Reg. Iur.*

## XVI.

Sanè ſi Iudex quoq; ſub certa conditione aut ad certum diem rem controuerſam ſequeſtrari curauit, & conditio exiſtit aut dies venit, neceſſariam etiam ſequeſtrationem finiri, nemini dubium eſſe arbitramur.

*argumento. d. §. Hoc amplius, Inſt. quib. mod. toll. oblig.*

Super

## XVII.

Supereſt, vt de actionibus ſubijciamus. Et breuiter ſciendum eſt, hanc ad rem Iure Ciuili comparatam eſſe actionem depoſiti ſequeſtrariam.

*d. l. ei apud quem 5. §. In ſequeſtre & l. ſi in Aſia 12. §. cum ſequeſtre ff. depoſit. d. l. ſi quis 9. §. Labeo, de dol. mal. Duar. ad tit. C. depoſ. VVeſenb. in parat. ff. depoſ. num. 6. Alciat. & Ferner. in d. l. ſequeſter. d. V. S.*

## XVIII.

Ea verò duplex eſt directa & Contraria.

*tot. tit. ff. & C. depoſ. vel contra.*

## XIX.

Directa datur litigatori ad reſtituendam rem ſequeſtro poſitam, cum omni cauſa.

*L. 1. §. non ſolum, cum ſeqq. & paßim ff. Depoſ. l. 3. §. 1. commod.*

## XX.

Et datur aduerſus ſequeſtrem vt eo loco exhibeat de quo conuentum eſt. Quod ſi de pluribus locis conuenit, in arbitrio ſequeſtris eſt, quo loco exhibere velit. Sed ſi nihil dictum eſt de loco, denunciandum eſt ei vt apud Iudicem exhibeat.

d. l. ei

*d. l. el apud quem, §. in ſequeſtrem depoſ. l. is penes 6. C. eod. Oldendorp. in Claß. action. forenſ. Claſ. 4. act. 23. cui & aduerſus. nu. 6.*

## XXI.

Aduerſus filiumfamilias quoq; hæc actio in ſolidum competit: at aduerſus patrem eius duntaxat de peculio.

*d. l. 1. §. Filiusfamilias & l. ſi apud filiumfa. 21. in pr. depoſ. l. depoſui 38 in pr. de pecul.*

## XXII.

In pupillum quoq; doli capacem hæc actio datur ſi dolum commiſit: Imò etiamſi dolum non commiſit, locupletior tamen factus fuit, in quantum locupletior factus eſt, hæc actio aduerſus eum competit.

*d. l. 1. §. At in pupillum ff. depoſ. l. 1. §. 4. de pecul. l. ſi res domino 5. in pr. de in rem verſ. l. eatenus 10. de inſtit. act.*

## XXIII.

Quod ſi in publico loco apud ædem ſacram vel officium res depoſita ſit, contra eius officiales hac actione experiri poteſt.

*Matth. Coler. de proceß. execut. d. par. 1. cap. 2. nu. 66.*

## XXIV.

Aduerſus heredem etiam ſequeſtris actionem depoſiti ſequeſtrariam reddi ICtus Pomponius expreſsè tradit.

 *d. l. ſi in*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0011-7

*d. l. ſi in Aſia 12. §. cum ſequeſtre Depoſ.*

## XXV.

Contraria actio datur illi, apud quem res eſt depoſita ad conſequendum id quod in rem ſequeſtratam neceſſariò vel vtiliter impendit, ne obſequendo damnum patiatur.

*d. l. ei apud quem, depoſ. l. Nam hoc natura 14. de condict. indeb. Salic. in l. vnic. circa fin. C. de prohib. ſequeſt. pecun.*

## XXVI.

Sequeſtris autem eſt, rem penes ſe depoſitam diligenter cuſtodire, ne ipſius dolo vel lata culpa ea res damnum ſentiat.

*d. §. Præterea, Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. 1. cum ſeq. & l. Quod Nerua 32. depoſ.*

## XXVII.

Ob dolum enim & latam culpam ſequeſter tenetur: ob leuem autem & leuiſſimam non æque, multo minus ob caſum fortuitum.

*d. l. 1. §. ſi conuenerit d. l. Quod Nerua, depoſ. l. contractus, 24. de reg. iur.*

## XXVIII.

Niſi id nominatim inter partes conuentum fuerit. Nam hoc ſeruabitur quod initio conuenit.

*d. l. con-*

*d. l. contractus, verſ. Sed hæc ita, de reg. iur. & d. l. 1. §. ſæpè, & §. ſi conueniat ff. depoſ.*

## XXIX.

Sequeſtrem etiam vacante ſacerdotio præſentare aut conferre, itemq́; iuriſdictionem exercere poſſe frequentius obtinuit & verius putatur.

*Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap. 2. nu. 16. cum 2. ſeqq. Lambert. de iure patronatus, quæſt. 9. articul. 3. lib. 1. part. 2. Godd. in c. 2. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct. n. 59. & ſeq.*

## XXX.

Salarium an ſequeſtri poſſit conſtitui dubitatur? Et poſſe, ſed tunc ſequeſtrationem ſuam proprietatem amittere putamus.

*Franciſ. Conan. lib. 7. Comment. cap. 4. Petrus Rebuff. in d. l. ſequeſter. 110. §. duodecima de verbor. ſignif. argumento l. vn. C. de præbend. ſalar. lib. 10. & l. Mulier 6. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. fin. de bon. auctor. iud. poßid. Azo in ſum. C. depoſ. nu. 29. c. fin. Ex. de depoſ. l. 1. §. ſi quis ſeruum, depoſ.*

## XXXI.

Illud etiam ſciendum eſt, non deeſſe ex interpretibus, qui dominum rei vindicatione aduerſus ſequeſtrem ad relaxandum ſequeſtrum experiri poſſe aſſerunt. Cæterùm examinata ſecundum iuris trutinam horum

opinione non tantùm periculoſum eſſe actori prædicta actione experiri, verum etiam minus commodè eam intentari exiſtimamus.

*l. officium, 9. in fin. de rei vind. c. examinata, Ex: de iudic. Godd.c.1.nu.145.de ſequeſtr.poſſ. & fruct.*

XXXII.

Actionem præſcriptis verbis ex hoc contractu ſequeſtrationis non deſcendere, neq; in ſequeſtrem competere planum faciemus.

*l.ſi gratuitam 17. §.fin.de præſcript.verb.Alciat.& Forner. in d.l. ſequeſter.de V.S. Quamuis id affirmet Rebuff.in d.l.ſequeſter.§. octaua de V.S. allegans l.ſi oleum,quæ eſt alias l.ſi quis adfirmauit 9.§.labeo, dol.mal.*

XXXIII.

Poſtremò doli mali actionem ex ſæpè dicto contractu aduerſus ſequeſtrem non dari concludendo affirmamus.

*d. l.ſi quis affirmauit §. Labeo & ibi pulchrè Iacob. Cuiac. ff. de dol.mal.*

APPEN-

# APPENDIX.

## Corollarij loco adiectus.

### Theſis I.

PRodigo hodiè non ipſo iure vt quibuſdam magni nominis viris placet; ſed per prætorem bonis interdici cum clariſſimo ICto Iacob. Cuiac. affirmamus. *DE PERSONIS Leg:*

*l.1.l.Iulianus 10.l.pen.ff.de Curat. furioſ.l.is cui bonis de verb. obl. Cuiac. in l.is cui lege ff. qui teſt. fac. poſſunt And. Gail. lib. 2. obſ. pract. obſ. 51. nu. 2.*

### II.

*Feud.*

Feudum in hunc quoq́; modum non in commodè definiri poſſe exiſtimamus: vt ſit vſusfructus quidam in re immobili, ſub fidei conditione conceſſus.

*arg. l. 1. de vſufr. Dn. Ioh. Borch. in tract. feud. cap. 1. num. 15. in fin. & ſeq. c. vn. §. huius a. generis, in quib. cauſis feud. amitt. c. vn. §. fin. de feud. cognit. c. vn. ib: ero fidelis tibi Caio. de nou. form. fidelit.*

### III.

Conſenſum parentum in nuptijs contrahendis etiam de neceſſitate iure canonico requiri defendi poſſe exiſtimamus. *Canon.*

*c. aliter c. noſtrates c. qualis 30. q. 5. c. non omnis c. honorantur c. vlt. 32. q. 2. c. omnes cauſationes 32. q. 7. Ioach. à Beuſt. in tract. de ſponſal. & matrim. part. 2. cap. 45. mihi fol. 201.*

IV.

DE REB. Leg:

Vſumfructum dominij partem non eſſe, vt theoricæ veritati conſonum, defendemus.

*l. rectè dicimus 25. de verb. ſign. l. Mæuius 66. §. fundo, de leg. 2. l. ſi à reo 7. §. ſi reo ff. de fideiuſſor.*

V.

Feud.

Vaſallus de bonis feudalibus teſtari prohibetur, ideoq; liberi inæqualiter in teſtamento inſtituti nihilominus æqualiter in feudo ſuccedunt; Excepta tamen fœmina quæ à feudi ſucceſſione regulariter remouetur.

*c. 1. in pr. & §. filia, de ſucceſſ. feud. c. vn. §. quin etiam Epiſcop. vel Abbat. c. 1. §. hoc a. notandum de his qui feud. dar. poß. Mynſ. cent. 5. obſ. 72. nu. 7. Dn. Ioh. Borch. in d. tract. feud. c. 7. in ſecundo modo quo feud. acquir. nu. 3. & c. 8. nu. 42.*

VI.

Canon.

Iure Canonico nulla procedit præſcriptio abſq; bona fide.

*c. fin. ext. de præſcript. Mynſ. cent. 4. obſ. 6.*

VII.

DE ACTIONIBVS. Leg.

Definitionem actionis ab Imp. Iuſtin: in pr. Inſt. de action. propoſitam, tam ad

reales

reales quam perſonales pertinere demonſtrabimus.

*Iohan. Corraſ lib. 6. Miſcell. cap. 5. nu. 8. Alciat. in l. creditores nu. 1. & in l. pecuniæ § fin. nu. 24. de V. S. Stepha. Forcatul. Necyomanthiæ dialogo 96. nu. 1. cum 4. ſeqq.*

## VIII.

Vaſallum habere poteſtatem, vt tanquam Dominus poſſit, à quolibet poſſidente, ſibi quaſi vindicare: & ſi ab alio eius nomine conueniatur, defenſionem opponere, iure feudali diſpoſitum eſt & verum putamus. *Feud.*

*c. vn. §. rei autem de inueſtit. de re al. fact. & c. vn. de controuerſ. inter Vaſal. & ali. de benefic.*

## IX.

Iudicem ordinarium propter ſuſpicionem recuſari poſſe iure Canonico conſtat. *Canon.*

*c. ſi quis contra Clericum ext. de for. compet. c. ſuſpicionis de offic. delegat. c. cum ſpeciali de appellat. And. Gail. lib. 1. pract. obſ. obſer. 33. nu. 1.*

EPI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0017-1

*EPIGRAMMA*

# IN AVTVMNVM ANNI 1591, DISPVTATIONIBVS ET promotione aliquot Iureconſultorum in academia IVLIA, inſignem.

FEſta recurre dies, noſtro quæ prima Lyceo
Fulſiſti lætis cœlitus auſpicijs. (bus.
Non venies inhonora: parat tibi gaudia Phœ-
Qualia non antehac exhibuiſſe datum eſt.
Cerne quot ad palmæ feſtinent præmia, magni
Virtute atq; artis cognitione viri.
CLVDIVS interpres legum ſpinoſa recludens
Iura ſacrum peraget ingenioſus opus.
Ille vicem præſtans Themidis, quæ copia cuique
Ingenij & quis ſit cultus in arte probat.
Hectoreo pollens animo, impatiensq; morarum
MITHOBIVS, cathedræ pulpita primus obit.
O iucunda Scholæ ſpectacula! in omnibus æquè
Vt morum grauitas lucet & artis honos!
Quam turbâ hac felix præſes, quam præſide turba!
A fato & votis res ea tota venit.
Omnibus eſt operum merces precioſa repoſta:
Ornabunt iuuenes laurea ſerta viros.
At PRAESES præſtesquè bonus gnarusq; præeſſe,
Ante hyemis lectus tempora RECTOR erit.

*Henricus Meibomius, Poëta laureatus Cæſarius,*
*in academia IVLIA profeſſor publicus,*
*faciebat pridie Bartholomæi.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0018-7

53379

ULB Halle 3
004 835 093

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0019-6

... horribilem qui n sentit n co
... aliis recipit n immutatur in
intellectu ... dolorem penam z gehennam
immutacionem sic g ut aia quiuncta cor ve
dolet ex eo q sensum applicat ad ignem cu
aliis an q sic z pu sentit n immutetur
corporaliter n realiter sz intellectualiter z similitudinaliter sic z
aia separata per intellectum applicata ad ignem z
z phi vere cruciatur z dolet / Ad id ergo q
q ut diximus licz intellectualiter tamen aie separate
dampnate q spiritus maligni inhs fugatur
lucem aliis q ut pt cruciari ab igne p
immutacionem virtute diuina ... in imitar
n nm ... sic q intellectus sic ... z q n reci
piat ... intellectualiter hui similitudines q ... sufficit
ei q inhs recipiat ... aia ab
igne p immutacionem ... / ut ... q spiritus
maligni sic sit ... igni corporali infin
... q paciatur hui penas / ... q
... ignem infinitum ... / q potius z de
ut silem immutacionem z talem z aliter pe
nam ... cruciare in spiritu maligno ... ig
ne q ... cum igne / ... dictum sit q
pena z dolor sit in nobis dum viuimus sic in
aia separata sic in spiritu maligno z ex immu
tacione corporalis reali sz magis intellectuali z similitudi
naria / et q ut ad infimum z ut ad locum pena
lem ... q infernus magis dr similitudinibus corporalium
sin q modum immutari pt aia separata / quia
dicitur q corporalis ... modum ... n
pt ut q infrigidet nec calefiat ... sic z
tamen posse calefieri q adulterari fiet ignis q z
omnino absurdum / e. n. ... nos ac plena
intelligam decor angli ut possumus adapta
re ubi sua ... q ... eius
inferno duplice passione sit ut dupliciter dolor
... q ibi incarcerata ... fit ... cruciatur
cruciatur / sic n. ... in loco ...
sic spiritus z in loco ... appetitus ... / z sic ...
... corporalis ... sue libertati ... relictus po
se ... in loco ... ab ...
libertate / si ponitur ... libertatem
... ut n nisi ... loco possit se ...
sic spiritus sue ... derelictus pt applicare ...

... igni ...
q n posset ut
corpus dicent
... aie
aie dampnate z
... cogit ...
ut ad ignem ...
suo ... ignem
immutacione ...
capiat ... infinitum p
le ignis sit ...
corporalis locus ...
... ut dicit
modus ...
/ nam si dr infin
... aie / aia sz
... ponit
... / ...
/ aia z exuta ...
... aliquo corporali ...
... penal ...
... aia n dr ...
... n immute
calef ...
virtute diuina ...
... z affli
augustinus / q ...
ad loca corporalia ...
dampnata / ...
... dr ...
aliq excellit ...
angli ... z ad q
corporalis sz n dr ...
lo empireo / sz q
paradisus aie z ...
... sibi / sic ...
... corporis
excellit omnibus

Uolentes
... / ...
z ...
ferunt ... 
... dampnatorum dicen...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0020-7

DISPVTATIO

# DE IVRE SEQVESTRATIONIS

TERTIA

*Ad quam*

*DIVINA FAVENTE GRATIA.*

*IMPETRATO PRIVS CONSENSV Amplißimi Iureconſultorum collegij in illuſtri Academia IVLIA quæ eſt Helmſtadij,*

PRAESIDE VERO ANDREA CLVDIO I. V. DOCTORE ET EIVSDEM Academiæ Codicis publico profeſſore ac pro tempore iuridicæ facultatis Decano.

*PRO GRADV DOCTORIS IN VTROQVE iure conſequendo*

RESPONDEBIT

HECTOR MITHOBIVS IVNIor Hannoueranus.

*Ad diem 18 Septembris mane hora ſexta in auditorio magno.*

HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1591.

7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-160925-p0021-3